







1773.

3.

1. Gebert, Christianus Hartmannus Samuel, Ord. jur. Decanus: *Prolesis academica: de S. R. I. principum contractibus liberis ex matrimonio conscientiae illegitimis*, ...
Jo. Philippi Nisus Fresenius, Jo. Danielis Rumpel nec non Joann. Klingenheimus . . . sollemnes in aug. indicandas praemissa.
2. Gebert, Christianus Hartmannus Samuel: *Guilielmi Caroli Ludovici Moors et Francisci Sigler . . . sollemnia inaugurata indicit: de cura rei apificiariae illustri magistratus Francofurtensi arbitrio jam et antiquis inde temporibus in se relicta pauca praefatus.*
3. Gebert, Christianus Hartmannus Samuel: *Federici Josephi de Schütz, nec non Ignatii Mausueti Rüdiger . . . sollemnia inaugurata pro more indicaturus: de restitutionis in integrum effectum unumquemque rectoris in summi imperii judiciis pauca praefatus.* 24. Mart. 1773
= 1788

4^{ta} Koch, Dr. Christoph: De alienatione bonorum
= uxorum partim valida

5^a Koch, Dr. Christoph: An post hereditatem cum bene-
ficio legis et inventarii aditam, quoad debitorum
socialium resolutionem jure Francofurtensi heredi-
tatis renunciationi adhuc locus sit nec ne?

6^{ta} Koch, Dr. Christophorus: De testamento per matrimo-
= nium vel nullo vel rupto ad reformationem Franco-
furtensem 2 Sept. 1773 i 1782

7^{ta} Koch, Dr. Christoph: Qualenus indorsariis exceptio-
= nes ex persona indorsantis apponi queant?

8^{ta} Koch, Dr. Christophorus: Nec, quod iustum est circa
= debitum juramenti litis decisorie tam secundum
jus commune quam secundum statut. Francofurtens.
2 Sept. 1773 i 1782

J. Schmitz, Historien Josephus: Theses inaugurales on
omnis generis jure.





Bi. 58. num. 15.

1773, 5 7

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE QVAESTIONE

AN POST HEREDITATEM
CVM BENEFICIO LEGIS
ET INVENTARII ADITAM QVOAD DEBITORVM
SOCIALIVM EXSOLUTIONEM IVRE FRANCOFVRTENSI
HEREDITATIS RENVNCIATIONI ADHVC LOCVS SIT
NEC NE?

7. 294

QUAM
CONSENTIENTE
ILLVSTRI IVRECONSVLTORVM ORDINE
PRAESIDE

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

SEREN. HASSIAE LANDGR. A CONSILII INTIMIS
ACADEMIAE PROCANCELLARIO ANTECESSOR, IVR. PRIM.
ET COM. PAL. CAES.

PRO
LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
RITE CAPESSENDI

DIE NOVEMBR. CIOIDCCLXXIII.
H. L. Q. C.

PVBLYCO PROCERYM ACADEMIAE EXAMINI

SVBMITTIT
AVCTOR

IONAS KINGENHEIMER

MOENO - FRANCOFVRTENSIS

GIESSAE,
apud IOANNEM IACOBVM BRAVN, acad. typogr.





MCCCXVI
LIBERAE REIPUBLICAE MOENO - FRANCOFVRTENSIS
SENATVI AMPLISSIMO

VIRIS

PERILLVSTREBVS, MAGNIFICIS, GENEROSISSIMIS,
PRAENOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,

DOMINIS
PRAETORI
CONSVLIBVS
SCABINIS
SYNDICIS
SENATORIBVS


ET
EX EORVM NVMERO NOVEM
QVI

AUGVSTISSIMI IMPERATORIS
CONSILIARII ACTVALES SVNT
PATRIAE PATRIBVS SPECTATISSIMIS
PATRONIS MAECENATIBVS
DOMINIS SVIS
PERQVAM INDVLGENTIBVS

FELICITATEM ET INCOLVMITATEM
PERPETVAM
PIETATIS ET HONORIS CAUSA
PRECATVR
STVDIORVMQVE
HAS PRIMITIAS
DAT DEDICAT CONSECRAT

TANTORVM NOMINVM

CVLTOR PERPETVVS
AVCTOR.



DISSERTATIO IURIDICA INAUGURALIS
DE QVAESTIONE
AN POST HEREDITATEM
CVM BENEFICIO LEGIS ET INVENTARII
ADITAM QVOAD DEBITORVM SOCIALIVM
EXSOLUTIONEM IVRE FRANCOFVRTENSI
HEREDITATIS RENVNCIATIONI ADHVC
LOCVS SIT, NEC NE?

§. I.

INTER CONIUGES FRANCOFVRTANOS
OBTINET COMMVNIO BONORVM
PARTICVLARIS.



*Communio illa bonorum, quae inter coniu-
ges in Germania obtinere solet, est vel
vniuersalis omnium omnino bonorum vel particula-
ris*

A

ris



ris s. bonorum simpliciter, s. acquæstus 1). In priori omnia coniugum bona, etiam quoad proprietatem sunt communia. In posteriori salua cuiusque coniugi bonorum suorum manet proprietas, & non nisi quæstus siue ex vtriusque bonis, siue laboribus partus, communis fit. Vtraque sua habet commoda & incommoda, quorsum præcipue solutio aeris alieni coniugalis pertinet 2). Reformationi patriæ placuit communitio bonorum inter coniuges particularis 3).

- 1) De communitone bonorum inter coniuges innumera extant scripta, quibus recensendis merito supersedeo. Cui volupe est illa scire, is adeat *Bibliothecarum Scriptores*. Catalogum *prouinciarum & urbium*, vbi hæc, illaue bonorum communitio valet, post HEINECCIUM SELCHOVIUM, LANGIUM aliosque texuit nouissime, V. *Celeberr. EBERH. CHRISTOPH. CANZIVS*, in *diss. de iuribus & obligationibus uxoris vel repudiato vel denegato beneficio renunciandi communitoni bonorum maxime sec. ius Württembergicum* §. 4.

2) WOLFG.



- 2) WOLFG. ADAM. LAVTERBACH, *diff. de aere alieno, in societate coniugali contracto soluendo.* Extat in *Dissert. LAVTERBACH.* Vol. III. nr. 3.
- 3) *Reformat. Francof.* P. III. tit. 5. §. 1. P. V. tit. 4. & 5.

§. II.

COMMODA HVIVS COMMVNIONIS BONORVM
INTER CONIUGES FRANCOFVRTANOS.

Commoda, quorum mater est communio bonorum inter coniuges Francofurtanos recepta, haec sunt, vt primo aquaestus coniugalis dimidiam parter, vterque coniux dominiotenus & iure proprio habeat 1), & secundo iure quodam successio- nis ex lege, sub nomine portionis statutariae, gaudeat 2).

- 1) *Reform. P. V. tit. 5. §. 2. tit. 7. §. 2.*
- 2) *Reform. P. III. tit. 2. P. V. tit. 4. & tit. 6.*

§. III.

INCOMMODA.

Sed haec *communio bonorum inter coniuges*
Fran-



Francofurtanos, nec est *grauaminis* expers. Praeterquam enim, quod coniux, licet bonorum suorum proprietarius sit & maneat, libera tamen ea alienandi facultate destituatur 1), aeris quoque alieni, durante societate coniugali contracti, partem ferre debet; quod posterius, quomodo pro diuersitate casuum se habeat, exponemus.

1) *Reform.* P. III. tit. 6.

§. IV.

SPECIATIM SOLVTIO AERIS ALIENI SOCIALIS.

CASVS PRIMVS, SI CONIUX SVPERSTES HERES
INSTITVTVS, SIMPLICITER ADIT
HEREDITATEM.

Scilicet, quum coniux coniugi largius statutaria portione lucrum offerre omnino possit, distinguendum est, virum coniux a defuncto *heres* institutus sit, an non. *Priori* casu, vel coniux *superstes* hereditatem *simpliciter* adit, vel vitur *beneficio*



neficio inuentarii. Si illud, tum quidem neque iuris *communis* 1), neque *patrii* 2) clarissimae sanctiones, dubium relinquunt vllum, quin coniux heres coniugis *omnia* debita, licet vires hereditatis superent, soluere obligatus sit. Verba Reformationis haec sunt :

Wenn nun diejenige, denen des Verstorbenen Erbfall gebühret, zu demselben sich als Erben erkläret, und den angetretten haben: Alsdenn seyndt sie auch zu allem dem jenigen, so der Verstorbene verlassen, es seye anligenden oder fahrenden Gütern, oder Schulden, und was es seyn mag, nicht weniger als der Verstorbene selber, damit ihres Gefallens zu schalten, und walten berechtiget. Dagegen aber seyndt sie auch den Legatarien, Gläubigern, und allen andern, so zu dem Verstorbenen, oder dessen Erbschafft, Anspruch und Forderung haben, an statt des selben, (dieweil der Verstorbene und sein Erb, für ein Person gehalten werden,) verobligirt
B und



und verpflichtet, was ihnen den Legatarien und Gläubigern gebüret, zu entrichten, und sie zu befriedigen.

Igitur hoc casu coniux superstes *omnia* debita socialia, partim ex *sua*, partim ex *defuncti* persona soluere debet.

1) l. 10. C. de iur. delib.

2) Reform. P. VI. tit. 1. 8. 5.

§. V.

CASVS SECVNDVS, SI CONIVX SVPERSTES
HERES INSTITVTVS, HEREDITATEM ADIT
CVM BENEFICIO INVENTARII.

Ius *patrium* heredi *cuiunque*, siue ex *testamento* siue *ex lege* hereditas ei deferatur, non solum *spatium deliberandi* concedit, sed etiam hereditatis additionem sub *beneficio inuentarii* permittit, eamque in rem ita sancit:

Einem jeden, dem ein Erbfall aus einem Testament, oder ohn Testament, aufferstorben, und

er



er dessen in gewisse Erfahrung kommen, gebürtet, sich öffentlich mit Worten oder Thaten, ob er solchen Erbfall antretten, und annehmen, oder aber dessen sich (da er vielleicht besorgt, daß derselbig zu viel mit Schulden beladen seyn möchte,) ent schlagen wolle, zu erklären: Darmit im Fall ein Testament vorhanden, die Legatarien, und andere, da aber kein Testament vorhanden, die Creditores und Gläubiger, so der Verstorben einige verlassen wissen mögen, an wen sie sich, ihrer habenden Forderungen und Zusprüche halben, sollen halten.

Und nach dem die Recht dem Erben hierzu Bedenckzeit, (dieweil es etwan mit den Erbschaften gefährlich und mißlich ist, Also, daß sich oftmals dabey mehr Beschwärungen mit der Zeit, als man anfangs gewußt hat, befinden) eines Jahrslang gnädiglich mitgetheilet, Doch, daneben auch noch ein ander gnädiger Mittel, Nämlich, die Wohlthat des Inventarii



verordnet, Also, wann der Erb Profestirt, daß er die Erbschaft anderst nicht, dann mit solcher Wohlthat des Inventarii wölle angenommen haben, daß als dann ohne ferner Bedencken und Fürsorg er den Erbfall wol antretten möge, Und demnach den Creditoren weiter nicht, dann so viel in der Erbschaft gefunden wird, zu bezahlen verpflichtet: So wöllen Wir den unsern, auch den Ausländischen, hiermit freygestellt haben, solcher Wege einen, welchen sie wöllen, (da gleichwol der zweyte, der nächst und sicherst ist,) zu erwählen.

Die weil aber die obgemeldte Zeit des Jahrs, den jenigen, so etwann auch Erben seyn, oder werden möchten, desgleichen den Legatarien, und Gläubigern, zu erwarten, zuviel beschwärtlich, sonderlich wenn auch zu besorgen, daß mitler Zeit, mit den Gütern, in den Erbfall gehörig, nicht zum besten, noch treuwlichsten, möcht umgangen werden:) So Ordnen und setzen



sehen Wir, wann der, oder die, welchen ein Erbfall, in oder aufferhalb eines Testaments aufferstorben, allhie anwesend, auch daß solcher Erbschaft sie berechtiget, wissend seyndt, daß sie obbemeldte Erklärung innerhalb zweyer Monaten: So sie aber abwesend, und doch wissend wären, (dann den Unwissenden hierin keine Zeit zusehen,) inwendig eines Viertheil Jahrs oder dreyen Monaten, zu thun schuldig seyn sollen. Doch wenn die Erben gemeyndt seyndt, den Erbfall cum beneficio Inuentarii anzunehmen, so bedürfen sie jeztbestimmter Bedachtzeit gar nicht, sondern mögen mit außtrücklichem solchs Beneficii Vorbehalt, die Erbschaft ohn Sorg und Gefahr, wol antretten, so baldt sie wöllen.

Ex his verbis plane perspicuum est, quod iure patrio, viroque beneficio ratione eiusdem hereditatis uti haud liceat 1). Ceterum beneficium spatii deliberandi huc non spectat; neque enim illud, adita postea hereditate, coniugem heredem a solutione debi-



debitorum liberat. *Beneficium* vero *inventarii* id operatur, ut coniux heres post aditam hereditatem ultra vires hereditates ex *persona defuncti* non teneatur. Ex *sua* autem *persona*, creditoribus, qui *aes alienum sociale* exigunt, pro ea parte adhuc obstrictus est, quam ex his debitis ferre debuisset, si heres institutus non foret.

- 1) Eandem sententiam ex iure romano erudite infruxit CAROL. SIEGFR. ABRAH. de AEMINGA in *diff. an heres deliberans beneficio inventarii uti possit?* Gryphiswald. 1773.

§. VI.

CASVS TERTIVS, SI CONIUGI SVPERSTITI PORTIO STATVTARIA DEFERTVR, ISQVE EAM SIMPLICITER AGNOSCIT.

Succedunt casus, si coniux superstes, heres institutus non est, & *sola portio statutaria* illi ex lege defertur. Hanc vel amplectitur *simpliciter* vel non. Si prius, tum quidem ius *patrium* 1) in hunc modum disponit:

So



So Ordnen, sehen, und wollen Wir: Daß in dem Fall, da das Letzlebende, (in Krafft dieser unser Reformation) den Usumfructum oder Beyseß der liegenden Güter, und darzu die ganze, oder auch halbe Fahrende Haab, eigenthümlich erobert und behelt, (davon dann hernach uindern Fünften Theil weiter soll gehandelt werden,) Dargegen dasselbig Letzlebend, auch alle Schulden, vor, oder in der Ehe, oder wie sie sonst gemacht, ganz, und für vollen, bezahlen soll.

At *praxis* clarissimam hanc sanctionem ad amul-
sim non seruat, vti *Celeberr. Dr. ORTHIVS, Pa-*
tronus noster venerandus, copiose exposuit 2).

1) *Reformat. P. III. tit. 7. §. 2.*

2) in *Commentar. ad Reform. P. I. pag. 575. sq.*

§. VII.

CASVS QVARTVS, SI CONIVX PORTIONEM
STATVTARIAM ADIT CVM BENEFICIO
INVENTARII.

Quartum casum praebet coniux, qui *portio-*
nem



nem *statutariam* accipit cum *beneficio inuentarii*. Sed *praeiudicialis* quaestio est: *utrum coniugi portionem statutariam cum beneficio inuentarii adire permissum sit?* Vtriusque sententiae, tam aientis, quam negantis, argumenta refert *Celeberr. ORTHIVS 1)*. Me quidem iudice *verior* est sententia *affirmatiua*. Etenim coniux intuitu *portionis statutariae* verus heres est 2), ad *beneficium* vero *inuentarii omnibus heredibus* patet aditus 3). Interim hoc casu coniux voluntatem suam de accipienda *portione statutaria cum inuentarii beneficio* intra *trigesimum* declarare debet 4), cum aliis heredibus spatium *duorum vel trium mensium* praescriptum sit. Ceterum coniux, qui *portionem statutariam* hoc modo amplexus est, ex *defuncti persona* debita non soluit ultra vires hereditatis *statutariae*, & ex *propria persona* obligatur tantum *pro rata*, eodem modo, ac si heres plane factus non esset.

1) in *Continuat.* Hda pag. 93. lqq.

2) *Reform.* P. V. tit. 4. §. 1. tit. 6. §. 1. 2.

3) *Reform.* P. VI. tit. 1. §. 3.

4) *Re-*



4) *Reform. P. III. tit. 7. §. 8.*

§. VIII.

CASVS QVINTVS, SI CONIUX PORTIONI
STATVTARIAE RENVNCIAT.

Quintus emergit casus, si coniux *portioni statutariae* renunciat. Fieri enim hoc regulariter posse, *Reformatio nostra* 1) sancit, modo forma praescripta ad amissim obseruetur. Verba haec sunt:

Dieweill aber bisz daher in denen Fällen, da das Bezilebende, (sonderlich die Ehe weiber,) auf den Besiz des Erstverstorbenen liegenden Güter, und die halbe oder ganze Fahrende Haab, verzegen hat, sich grosse Unordnung vielfältiglich zugetragen, also, dasz die Weiber etwann ein halb Jahr, oder ein Jahr, auch etwann länger, in und bey allen Gütern sitzen blieben, dieselben genossen, ihres Gefallens damit gewaltet, Ohn dasz sie einig Inventarium darüber auffgericht, noch den Verzieg gethan, und Separation begeret, Son-

C dem



dem lang hernach, wenn die Gläubiger auf die Bezahlung ihrer Schulden gedrungen, erst Renunciiren und Separation bitten, die Gläubiger aber solches nicht zulassen wollen, und oftmals sonderbare langwirrige Rechtfertigungen sich darüber erhaben und zugetragen haben, Welchs dann zum Theil verursacht hat, daß in voriger unser Alten Reformation zu solcher Renunciation und Separation kein namhafte Zeit ist angesetzt, noch bestimpt gewesen: Solches aber hinfüro zuvorkommen.

So ordnen und setzen Wir, wann das Lebend obgehörter massen Renunciiren, und auch Separationem bitten will, Daß es solches samptlich und zugleich nach Verfließung des Dreysigsten, nach des Erstverstorbenen tödtlichem Abgang an zu rechnen, vor unserm Schöffens Rath, oder vor Gericht, zu thun schuldig seyn solle. Nach Verscheynung aber solches Monats, soll weiter (da nicht sonderliche erhebliche



liche Ursachen können angezeigt werden,) keine Renunciacion angenommen, noch auch die Separation gestattet werden.

Und soll solches nicht heimlicher Weis, (wie vorinals auch oft geschehen,) citatis citandis, verricht werden, Das ist, daß auch diejenigen, so dessen billich wissens haben sollen, und darin zu reden hetten, als des Erstverstorbenen nechste Erben, und gemeine Creditores, oder Gläubiger, darzu sollen Citirt, und erfordert werden.

Verum hic casus *binembris* est. Vel enim coniux superstes cum defuncto habuit bona *commixta* (vermischte Güter,) vel non. Illo casu vocatur das Verzicht = und Absonderungs = Gesuch, in hoc vero; das Verzicht = Gesuch. Si *posterior* sumis, *Reformatio nostra* 2) ita praecipit:

Im Fall aber, das Letztlebende sich darinnen beschwert befände, (des Schulden Lasten halben,) und derowegen den Beyseß bey den liegenden Gütern, auch die Fahrende Haab, (wie



nechstgemeldt,) nicht behalten, noch annehmen, sondern sich deren ent schlagen, und darauf Renunciiren und verzeihen wolle, (welches aber auf Maß, wie nechst hernach folgen wirdt, geschehen solle,) Alsdenn soll es auch an den Schulden weiter nicht, dann die Obligationes, und Schuldverschreibungen, ihnen den Letztlebenden mit besagend, zu seinem Theil, aber von des Verstorbenen wegen gar nichts, zu bezahlen schuldig seyn.

Igitur si coniux *portioni statutariae in totum* renunciat, ex *debitis socialibus* illis, quae *vna cum defuncto* contraxit, partem *dimidiam* proprio solvere tenetur nomine. Debita vero *socialia* a solo *defuncto* coniuge, licet in utilitatem societatis coniugalis contracta sint, eum nequaquam grauant. Verba enim legis: Alsdenn soll es auch an den Schulden weiter nichts, denn die Obligationes und Schuldverschreibungen, ihn den Letztlebenden mit besagend, zu seinem Theil, aber von des Verstorbenen wegen gar nichts, zu bezahlen schuldig seye, *aliam non admittunt explicationem*, licet non



non sim nescius, quod *Celeberr. ORTHIVS* 3) de debitis a *solo defuncto* coniuge *in utilitatem* societatis conjugalis contractis aliter sentiat. Denique & hoc singulare est, quod secundum supra relata verba *Reformationis nostrae*, coniugi superstiti hoc casu liceat *portionem statutariam pro parte* acceptare & *pro parte* repudiare. Quod quidem iuris *communis* principiis consentaneum haud est 4). Deinde quod ad *prius membrum*, si nimirum coniuges *commixta* habuerunt *bona*, attinet, tum *Reformatio nostra* 5) ita disponit:

Were es auch, daß zwey Eheleuth vermischte Güter hetten, und das Letzlebende seine Güter von des Erstverstorbenen Gütern abzusondern, und abzutheilen, auch auff desselben Erstverstorbenen Gütern, und die Fahrende Haab, samptlich zu verzeihen, und deren sich zu begeben, entschlossen were: (den Schuldenlast, wie davon hieoben Meldung geschehen, dadurch zu entfliehen) So soll es für unsre Schultheiß und Schefsen erscheinen, denselben solch sein Vorhaben anzeigen, Auch öffentlich Protestirn und sich er-



klären, daß es weder den Beyseß, an des Erst-
 verstorbenen liegenden Gütern, noch auch dessel-
 ben Antheil Zahrender Haab, nicht annehmen,
 noch behalten, sondern deren sich begeben, und dar-
 auff gänzlich wolle verziehen haben, mit Bitt, und
 Begehren derwegen ihre zu gestatten, seine eige-
 ne Güter, von des Erstverstorbenen Gütern, mit
 desselben nächsten Erben, Oder, im Fall, Dies-
 selbe der Schulden halber solche Güter Erblich
 auch nicht annehmen, sondern deren gleicher
 gestalt sich entschlagen würden, Alsdann mit
 den Creditorn, und Gläubigern (denen auch,
 da kein Erben vorhanden, durch den, so die Ab-
 sänderung begehrt, hierzu sänderlich soll verkün-
 det werden,) zu Separiren und abzuthellen.
 Welchs auch darauf also gestattet, und erkannt
 werden soll.

Hoc igitur casu coniux superstes *debita socialia pro
 sua tantum rata ex propria persona solvere tenetur.*
*Ceterum notari meretur, quod portionis statutariae
 renunciatio secundum praxin Francofurtanam etiam
 portionis adhaerentis conjugalis dimidia, coniugi utri-*
 que



que *dominiotenus* & *proprio iure* debitae, iacturam inuoluat 6), quamuis re vera haec quaestio *Domitiana* videatur, quoniam aquaestus cogitari prius non potest, quam deducto aere alieno sociali.

- 1) *Reform.* P. III. tit. 7. §. 7. 8. 9.
- 2) *Reform.* P. III. tit. 7. §. 3. 4.
- 3) c. l. pag. 69. 78. sqq.
- 4) l. i. 2. 55. D. de *acquir. vel omittend. hered.*
- 5) *Reform.* P. III. tit. 7. §. 5.
- 6) *ORTHIVS* c. l. p. 77.

§. IX.

VTRVM VXORI IN COMMVNIONE BONORVM
PARTICVLARI COMPETAT BENEFICIVM
RENUNCIANDI SECVNDVM IVS
COMMVNIS COMMVNE?

Igitur quum coniugi superstici *Francofurtano* permissum sit, communioni aquaestus retro renunciare, non ingratum erit, breuiter dispicere, vtrum eiusmodi renunciatio *iuris communis* habeat assensum? Loquor de *communione bonorum particulari*, non vero de *uniuersali*: in hac enim beneficia muliebria cessare, indubitati iuris est I).

Alii



Alii renunciationem admittunt, alii reiiciunt 2). *Praxis communis* vxoribus fauet. Neutiquam vero hoc ita intelligendum est, ac si vxor per eiusmodi renunciationem ab *omni aere alieno sociali* & in totum liberetur. Illi quidem creditores, quibuscum *solus maritus*, licet in societatis coniugalis utilitatem, contraxit, *vxorem renunciantem* inquietare non possunt, ne pro *dimidia* quidem crediti parte; at eorum debitorum socialium, quae *vna cum marito* contraxit, *partem dimidiam*: vti etiam *integrum aere illud alienum*, quod *sola vxor* conflauit, tamquam principalis debitrice soluere debet vxor, nulla dictae renunciationis ratione habita 3). Etenim vxor in *propriis contractibus* & quatenus *debitrix principalis* est, *Scto Velleiano* non iuuatur 4). Nec vxor, quae in *communione adhaerens* cum marito fuit, ad regulam illam iuris: *quod vxor, quando in vno instrumento, etiam tanquam correa debendi, vna cum marito se principaliter obstrinxit, non obligetur, sed, subducta vxore, maritus solus teneatur* 5) pro-uocare poterit: quoniam laudata iuris regula ad vxorem adhaerens coniugalis participem & in

com-



communione bonorum particulari viuentem non pertinet.

- 1) Joh. Ulrich Freyherr von Cramer in den Wezl. Nebenstunden P. XXXIV. pag. 34. fq. IVST. HENNING. BOEHMER. *diff. de communione aeris alieni inter coniuges Hamb. §. 2.* IO. RVDOLPH. ENGAV. *diff. de bonorum inter coniuges Sueuor, praesertim Memmingenses, communione. §. 22.* CANZ in *cit. diff. §. 7. n. c.*
- 2) LAVTERBACH. HARPPRECHT. & CANZ. *cit. loc.* HENR. ARN. LANGIUS in *tr. de communione bonorum coniugali cap. 9. §. 8.*
- 3) LAVTERBACH. HARPPRECHT. & CANZ. *cit. loc.*
- 4) I. IO. 12. 13. C. *ad SC. Vellej.*
- 5) NOV. 134. c. 8. *Auth. si qua mulier C. ad SC. Vellei.* IO. BALTHAS. WERNHER. P. V. *obl. 46.* P. VI. *Obf. 369.* IO. NICOL. HERTIUS *Responf. 309. n. 2.* IO. IODOC. BECKIUS *Responf. I. n. 7. seq.* IO. GODFR. SCHAVMEVRG. *ad STRVVIVM p. 653.* Dissentit quidem IVST. HENNING. BOEHMERVS in *diff. de efficaci mulierum intercessione c. 3. §. 3.* in Tom. III. *Exercit. ad Pand. p. 404.*, vbi contendit, quod vxor cum

D

mari-



marito sese eodem instrumento obligans, pro sua rata firmiter obstringatur. Sed praxis singularem hanc sententiam negligit.

§. X.

VTRVM HEREDITAS CVM BENEFICIO
INVENTARII ADITA REPUDIARI
ITERVM POSSIT?

Vidimus hactenus obligationem coniugis superstitis, qua pro diuersitate casuum ad solutionem aeris alieni coniugalis obstringitur. Reliquum est, vt excutiamus quaestionem: *utrum coniux superstes defuncti coniugis hereditatem cum beneficio inuentarii aditam, postea eo effectu repudiare possit, vt ab obligatione soluendi aeris alieni coniugalis se liberet?* Sunt plures ICti celebratissimi nominis, qui heredi, si cum *beneficio inuentarii* adiit hereditatem, liberam facultatem iterum repudiandi tribuunt 1). Sunt vero alii, non inferioris famae & auctoritatis ICti, qui in contrariam abeunt sententiam 2). Si dicendum quod res est, horum sententia verior mihi videtur. Etenim *primo*, heredi, qui adiit semel hereditatem, repudiare illam non



non amplius licet 3), nisi sit *minor* 4), aut alias
causam *restitutionis in integrum* allegare possit 5).
Nunc autem, quod *secundum* argumentum est,
heres qui *beneficio inuentarii* utitur, adit heredita-
tem, & heres utique est, & ita diferte in legibus
vocatur 6); nec minus is, qui cum *beneficio* adit
hereditatem, quam is, qui *simpliciter & recta via*
adiit, heres est, omniaque de heredibus iusta &
constituta aduersus illum obtinent, nisi in quibus
beneficium inuentarii peculiare & singulare quid in-
dulget. In quibus enim lex non facit inter vtram-
que aditionem diuersitatem, in iis manet idem ius,
& quoad heredem cum inuentarii beneficio ex-
ceptio firmat regulam in casibus non exceptis.
Iam vero nusquam exserte traditur, heredem
cum inuentario post aditam hereditatem iterum libe-
re repudiare posse 7). Nec obstant verba l. *fin.*
§. 13. C. de iur. delib. --- *Cum enim liceat eis &*
adire hereditatem & sine damno ab ea discedere ex
praesentis legis auctoritate, --- illa enim explicanda
sunt ex §. 4. *cit. legis*, nimirum quod nihil ex sua
substantia penitus heres amittat. Inuentarii enim

D 2

bene-



beneficium a *damno* rerum suarum liberat, non a *molestia*. Et aliud omnino est, *repudiare* hereditatem, quippe quod solo heredis facto fit, aliud *cedere* hereditatem creditoribus hereditariis & legatariis. Inter quod vtrumque magna est differentia 8). Nec obstat §. 5. I. de *hered. qualit. & differ.* Audiamus enim de beneficio, quod GORDIANVS *militibus* tantummodo concessit, IVSTINIANI vero beneuolentia *commune* omnibus subiectis imperio suo beneficium praestitit, ipsam IVSTINIANI relationem 9). --- Sed & *veterem constitutionem non ignoramus, quam D. GORDIANVS ad PLATONEM scripsit de militibus, qui per ignorantiam hereditatem adierunt, quatenus pro his tantummodo rebus conueniantur, quas in hereditate defuncti inuenerunt: ipsorum autem bona a creditoribus hereditariis non inquietentur.* --- Hoc ius constitutionemque GORDIANI postea §. vlt. *cit. legis* confirmat hoc addito, propterea a se introductum, vt etsi *milites inuentarium non fecerint, non ampliore tamen summa teneantur, quam in hereditate inuenerint.* Sed haec omnia ad *repudiationem* non pertinent.



ment. Reliqua CARPZOVII & FRANZKII argu-
menta ita comparata sunt, vt responsione vix indi-
geant.

1) Praeter antiquiores, BALDVM, MONTICVLVM
PHANVCIVM de PHANVCIIS, & MORNA-
CIVM sententiae huius antesignani sunt BE-
NED. CARPZOVIUS in *Decis.* XXV., sibi ta-
men non constans in lib. VI. *Responf.* 73. &
GEORG. FRANZKIUS lib. III. *resol.* 6. IOAN.
BRVNEMANNVS *Conf.* 41. n. 37. *sqq.* Vid.
tamen Idem ad 1, 3. C. de *repud. hered.* n. 7.
sqq.

2) DAVID. MEVIUS P. I. dec. 39. 40. P. II. dec.
357. n. 7. P. III. dec. 18. n. 6. P. VIII. dec.
442. add. tamen EIVSDEM *discuss. leuam.*
inop. debit. c. 7. n. 165. BURCHARD. BAR-
DILI in P. II. *Concl. theor. pract.* Exerc. 5.
concl. 17. IOAN. ANDREAS FROMMANNVS
de *iure variandi* c. 3. m. 5. n. 235. *sq.* GEORG.
ADAM. STRVVIVS in *syntagm. iur. civil.* Exer-
cit. XXXIV. thes. 33. ibique PETR. MÜLLE-
RVS, IO. NICOL. HERTIVS in *diss. de effecti-*
bus non confecti inuentarii §. 6. 7. & 8. in
Comment. & Opuscul. Vol. II. P. III. pag. 171.
sqq. RVBEVS de *BUXETO* in *tract. de confu-*



sione & distinctione iurium defuncti & heredis.
c. 30. Parmae 1697. fol.

- 3) §. 5. I. de hered. qualit. & diff. 1. 3. & 4. C. de repud. hered. 1. 10. C. de iur. deliber.
- 4) §. 5. I. de hered. qualit. & differ. 1. 7. §. 5. D. de minor. 1. 57. §. 1. D. de acquir. hered.
- 5) l. 85. D. de acquir. hered.
- 6) in l. fin. C. de iur. delib.
- 7) ANTON. FABER in Cod. lib. VI. tit. II. def. 13. DAVID. MEVIUS P. I. decis. 39. & 40. IO. NICOL. HERTIVS c. 1.
- 8) MEVIUS & HERTIVS, c. 1.
- 9) in l. vlt. C. de iur. delib.

§. XI.

ADPLICATIO AD CONIVGES FRANCOFVRTANOS.

Quum in foro patrio ius commune, nisi Reformatio nostra aliud disposuerit, merito sequamur, igitur nec coniugi Francofurtano, aditam coniugis defuncti hereditatem, licet haec aditio cum inuentarii beneficio facta sit, repudiare iterum postea licet



licet 1). Et in patria mea hoc quoque obstat, quod, nisi intra *trigesimum* renunciauerit, aut separationem honorum petierit coniux superstes, ad *utrumque* beneficium aditus ipsi sit praeclusus (§. 8.). Ita quoque *praxis fori Francofurtani* seruat & *mensis Novemb. 1768.* ab *amplissimo Scabinorum collegio* iudicatum est in caussa Viduae *Dörzapfin*, contra creditores defuncti mariti. --- Es findet der *Implorentin* verspätetes *Renunciations Gesuch* keine statt, sondern es hat Dieselbe sich vielmehr in die bereits beneficialiter angetretene Erbschaft ihres verstorbenen Mannes des *gewesenen Handelsmanns Dörzapfs* pro Stilo immittiren zu lassen, und so fort quoad vires hereditatis für dessen nachgelassene Schulden zu haften.

1) Consentit nobiscum *Celeberr. ORTHIVS* in *Contin.* III. p. 23.

T H E S E S.

I.

Conductor, qua tali, ex l. XII. & XVIII. D. de *vi & vi armata* interdictum *recuperandae* aut *retinendae* possessionis minus recte tribuitur a *BERGERO* in *Elect. proc. poss.* th. 21.

p. 14.

p. 14. & ill. HOMMELIO in *Rhapsodia* Quaest. Obs. CCLXXV. In interpretandis legibus XII, & XVIII, cit. Oedipus felicissimus est IO. BALTHAS. de WERNHER in Obs. for. T. II. P. 7. obs. 3. Conf. *Perill.* GEORG. HENR. AYRERVS in Opusc. var. arg. T. I. p. 239. lqq.

II.

In l. XX. §. 5. D. *qui testam. facere poss.* addenda est negatio, vt legatur: *Eum, qui lege repetundarum damnatus est, ad testamentum adhiberi non posse existimo: quoniam in iudicio testis esse vetatur.* Aliter enim VLPIANVM cum PAVLO in l. XV. pr. D. de *testibus* in concordiam redigi haud posse mihi quidem videtur.

III.

Si filiofamilias *furioso* vt heredi voluntario immediate defertur hereditas, & pater nomine filii bonorum possessionem decretalem prouisionalem agnoscit, filiofamilias autem postea in furore diem suum finierit; patri permissum non est, illam hereditatem ad eundem sibi acquirere: sed illi ad successionem veniunt, qui mortis tempore furiosi propinquiores existunt ei, ad cuius bona vocabuntur, si non in medio esset furiosus, per l. 7. C. de *curat. furios.* Nec dici potest, quod IVSTINIANVS hoc mutauerit in l. 8. C. de *bon. quae lib.* vt visum CAR. HERM. FRETSE in *diff. de acquisitione hereditatis dementi delatae*, §. 32. Praeside ill. BECMANNQ Goettingae 1772. habita. Lex enim 8. cit. de filiofamilias *sanae mentis* hereditatem *repudiante* loquitur & ipse cit. *diff.* Auctor. §. 21. statuit, aliam in hac materia rationem esse infantis & filiofamilias *ratione vrentis*, aliam *furiosi*. Et notum quoque est, quod lex *generalis* non deroget legi *speciali*.



Gul'fen, Diss., 1773

ULB Halle
005 356 709

3





Bi. 58. num. 15.
1773, 5-7

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE QVAESTIONE

AN POST HEREDITATEM
CVM BENEFICIO LEGIS
T INVENTARII ADITAM QVOAD DEBITORVM
SOCIALIVM EXSOLUTIONEM IVRE FRANCOFVRTENSI
HEREDITATIS RENVNCIATIONI ADHVC LOCVS SIT
NEC NE?

QVAM
CONSENTIENTE.
ILLVSTRI IVRECONSULTORVM ORDINE
PRAESIDE

IO. CHRISTOPH. KOCH
REN. HASSIAE LANDGR. A CONSILIIS INTIMIS
ACADEMIAE PROCANCELLARIO ANTECESSOR, IVR. PRIM.
ET COM. PAL. CAES.

PRO
LICENTIA
IMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
RITE CAPESSENDI

DIE NOVEMBR. CIDIICCLXXIII.
H. L. Q. C.
PVBLCO PROCERVVM ACADEMIAE EXAMINI
SVBMITTIT

AUCTOR
IONAS KINGENHEIMER
MOENO - FRANCOFVRTENSIS

GIESSAE,
apud IOANNEM IACOBVM BRAVN, acad. typogr.

